



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

REGVLA CCCXLIX.

FILIVS qualitercunque consentiat in testamento patris, si tacite siue expresse, excluditur a querela. Hanc regulam probat tex. in l. parentibus. C. de inoff. testa. & in l. si proponas. in §. si in re dicitur. ff. de iur. test. De iure regio probatur in l. v. tit. viii. par. vi. Et circa hanc regulam vide Parisi. in consil. ix. nu. 1. vol. iij.

- 1 Limita primo, quando filius approbavit testamentum patris post aditam hereditatem, & tunc nascatur querela, & ante illud tempus non possit repudiare quod non est delatum. Vt in l. cum alijs. C. de pac. glo. in l. si quis filium, in ver. hereditatem. C. de inoff. testa. & in re. net Dida. del. Castillo. in l. xxiiij. Tau. nu. 31. ver. decima quarta conclusio est. licet aliter teneat Salic. quae ipse ibi refert in d. l. parentibus nationibus. Tex. est in Authen. vnde si parens. C. de inoff. testa. & ibi Iaf. post prin. Barr. in l. circa, in §. Imperator. ff. de lega. in Iaf. in d. l. parentibus. Doct. in l. cum donationibus. C. de inoff. dona. Castillo, ubi assignat rationem, in d. l. xxiiij. nu. 34.
 - 2 Limita secundo, non habere locum in querela de inofficiolis de nationibus. Tex. est in Authen. vnde si parens. C. de inoff. testa. & ibi Iaf. post prin. Barr. in l. circa, in §. Imperator. ff. de lega. in Iaf. in d. l. parentibus. Doct. in l. cum donationibus. C. de inoff. dona. Castillo, ubi assignat rationem, in d. l. xxiiij. nu. 34.
 - 3 Tertio limita, procedere in ipso, qui approbavit iudicium patris secus est in filio ipsius, & sic in nepote testatoris, qui venit ad querelam per successorium edictum: nam iste nepos potest illam intentare, licet filius exheredatus approbaret testamentum. Ita Alex. in l. si quis posthumus, in §. j. ff. de liber. & posth. quem sequitur Iaf. in Rub. nu. 6. ver. secundo limitat. C. de success. edict. reprobaro Bal. qui contrarium tenuit in l. in suis, in ix. opposi. ff. de liber. & posth.
 - 4 Quarto limita, non habere locum in iure agendi ad supplementum: nam talis filius potest agere ad supplementum, licet approbaverit iudicium patris. Ita probat tex. in l. si quando. in §. generaliter. & ibi Bal. & Salic. C. de inoff. testa. Barr. in l. Papinianus, in §. si conditione. in ff. de iur. test. Bal. in l. omnimodo. C. de iur. test. approbans testamentum excludebatur a iure agendi ad supplementum, ut est gl. in d. l. Papinianus, in §. si conditione, in verbo, excludi. vel dicit gloss. quod in hoc iura antiqua remanent correcta, similis est glo. in d. l. si quando, in §. & generaliter, in verbo, prejudicium.
- Et circa hanc regulam novem casus in quibus quis dicitur approbare iudicium vel testamentum patris, & propter quod excludatur a querela, ponit Castillo, in j. l. xxiiij. Tauri. nu. 33.

REGVLA CCCL.

FILIVS naturalis legitimatur per subsequens matrimonium. Hanc regulam probat tex. in c. tanta, qui filij sint legi. & in §. si in statu. de nuptijs, & in §. quibus, ver. necnon Instit. de heredi. quae ab intesta, deferuntur. in Authen. quibus modis natura. efficiantur legiti. in prin. colla. v. & in Authen. quibus modis natu. efficiantur legiti. in §. si quis